Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-240151-p0001-3

V,18. 4,567.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-240151-p0002-9

VIRO MAGNIFICO

SVMME VENERABILI AMPLISSIMO

SPECTATISSIMOQVE

CAROLO CHRISTIANO TITTMANNO

DOCTORI THEOLOGO EXIMIO

PROVINCIAM GRAVISSIMAM CONSILIARII SAXONICI SACRI

SACRORVM IN VRBE ET AGRO DRESDENSI PRAESVLIS

SCHOLARVMQVE EPHORI

RITE CAPESSENTI

PIETATIS ET OBSEQVII PIGNVS SOLVVNT

ANNAEI AD DRESDAM MAGISTRI.

DRESDAE,

LITERIS HARPETERIANIS MDCCLXXXIX.

30.



Alter adeſt doctor, quem Dreſdae Lipſia docta
Tradit, ut illius templa ſcholasque regat.
Mortuus a Cruſii Rehkopſius ore pependit,
Cuius erat ſtudium relligionis opus.
Dogmata percepit, qui nunc ſuccedit, Epopta
Erneſti, clari principis atque ducis,
Quem non fallebant bona, quae monimenta Latina
Graecaque conſeruant, abiicienda minus.

Egregie dictum doctores conuenit in hos,
Quo celebrat quidam lumina Leucoridis:

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-240151-p0004-0

Diuiſae his operae, ſed mens fuit unica, pauit
Ore Lutherus oues, flore Melanchthon apes. *)
Horum diſcipulis ea nec ſunt abſona uerba;
Paſcunt haud pauci duplice dote gregem.
Eſt his docta uiris pietas lex uſque ſuprema,
Nam doctrina uiget, relligioque ualet.
Felicem Dresdam, cui talis denuo doctor
Contingit, gaudent templa ſcholaeque ſimul.
Virtuti quantum pretium det, diſcimus Eius
Doctrina morum, quos iubet ipſe Deus. **)
Spirat idem libri facundi pagina quaeuis
De Chriſti leto, quo reparata ſalus.
Linguarum ſtudium doctarum praecipit uno
Non ſcripto multum, prodit et huius opes.

*) Praemunitae ſunt hoc diſticho neſcio cuius *conciones Hartmanni Creidii in epiſtolam Iacobi*, hac adiuncta interpretatione haud inepta uernacula:

Der eine ſchuf dies, der andere das,
Thaten ſich doch nicht trienen:
Luther den Schafen gab das Gras,
Philipp Blumen den Bienen.

**) Statim id declarat in praefatione priori editioni praefulta et in poſteriore repetita pag. 15 ſq.

Nec tantum chartis diſperſit ſemina late,

Perſonuere etiam pulpita bina ſacra.

Albis ouat, retinens, quem Salza fouebat, alumnum,

Iureque translatum fertiliorem in agrum.

Ergo orna noſtras, Praesvl venerande, cathedras

Intrepidus docta uoce piaque ſacras.

Alter Loeſcherus ſis dotibus alter Amende

Ingenii clari, quos Viteberga dedit.

Fide Deo, cuius rem tractas, hoc duce laetus

Semper eris praeco, nec tua facta ruent.

Annaeo faueas, Bone, cuius diruta tecta

Auſpice Te ſurgent ſplendidiora breui.

Non deſperandum, ſtudium pietatis et artis

Tanto patrono iugiter acre fore.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-240151-p0006-1

Pon Zf 1067
2°

f

ULB Halle 3
004 178 165

TA-70L
an 2 u. an 13 noch nicht aufgenommen

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-240151-p0008-2

30

VIRO MAGNIFICO

SVMME VENERABILI AMPLISSIMO

SPECTATISSIMOQVE

CAROLO CHRISTIANO TITTMANNO

DOCTORI THEOLOGO EXIMIO

PROVINCIAM GRAVISSIMAM CONSILIARII SAXONICI SACRI

SACRORVM IN VRBE ET AGRO DRESDENSI PRAESVLIS

SCHOLARVMQVE EPHORI

RITE CAPESSENTI

PIETATIS ET OBSEQVII PIGNVS SOLVVNT

ANNAEI AD DRESDAM MAGISTRI.

DRESDAE,

LITERIS HARPETERIANIS MDCCLXXXIX.

30.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-240151-p0009-1